3827 ‘In suburbano quoque pago [ad Mantuam] super ripam ipsius lacus sito, qui et Pietolis dicitur, natus fuisse fertur Virgilius urbis Mantuanae decus eximium. In quo enim loco Kiriacus ipse prudenter perscruptatus est, si aliquid dignum invenisset veternitatis, praesertim de Marone Virgilio [*talia videntur excidisse:* non omisisset; sed ait tantummodo] quod apud ripam fluvii Tartari hoc vetustissimum repperit epigramma’ SCALAMONTIUS. Prope flumen Tartari in agro Veronensi FELIC. Super flumen Tartaris agri Veronensis Grezanae MARCAN. FERRARINUS male, nam Grezzana est pagus suburbanus ad Veronam. In Ande Vergilii villa, quae nunc dicitur Pietole suburbii Mantuani sub altari maioris ecclesiae IUCUNDUS iisdemque verbis PACEDIANUS similiterque MACCI.

Cyriacus:

M · VERGILIO · M · F
ANTHIOCO · VNIGENITO
SIBI · ET · PAMPHILO

Iucundus:

P · VERGILIO · P · F
PONT · MAX
SABIN

Cyriaci exemplum legitur in vita eius Scalamontiana (cod. Tarv. f. 99 Mant. 1, apud Coluccium p. XCV); item in sylloge antiqua Veronensi apud Felicianum n. 162, Marcanovam Mut. f. 130 agri n. 73, Ferrarinum cod. Trai. f. 31, Sanutum f. 74 (inde Mur. 982, 12 e schedis Alex. Capponii). Diversum exemplum vel potius titulus ad huiusce aliquot litteras mala fraude formatus legitur apud Iucundum f. 183 et inde sine dubio apud Pacedianum l. II, quamquam hic ait excepisse se a. 1517 Mantuae per aliquot dies moratum, Cholerum f. 98, Maccium 1 f. 48, Grut. 305, 7 ex Verderii schedis (inde Orelli 2149).

2 VNGVENT Mur. ex emendatione fortasse vera. — 3 PAMPHILIO Scalam. — In Iucundiano titulo F Iuc., FILIO Paced. Macci Grut.

3828 Veronae prope S. Anastasiam ante domum Curii Bolderii.

TESTAMENTO · FIERI
IVSSIT
VERGILIA · Q · F · SECVNDA

Grut. 925, 18 a Sculteto; Palermus in add. ms. ad Saraynam f. 47; Velseriana f. 18′.

3 Q · F Pal., P · F Grut. Vels.

3829 Veronae apud Iustos SAR. In domo nunc Alexandri Peregrini equitis apud domum Pantiriorum in vico Cittadellae (postea addidit ‘nunc vero Guerinonae familiae’) PALERMUS; *in faccia della casa di M. Pietro da Monte in Cittadella* DESCRIPTOR PANVINII.

turtures duo
V · F
P · VERONIVS
AMPHION
SIBI · ET
MAGIAE · FESTAE
CONIVGI
BENE · MERENTI
ET · SVIS

Sarayna f. 49′ (inde Panvinius p. 232; Grut. 839, 6 e Sarayna et Panvinianis); is qui descripsit Panvinii ant. Ver. ms. f. 444; Palermus in adn. ms. ad Saraynam.

Vv. divisio est Gruteriana. — 1 VERONIVS Panv. Grut. Pal., VERONIS Sar., VERONI... descr. Panvinii. — 3 AMPHI... descriptor Panvinii. — 5 FESTAE Pal., IESTAE Sar., RESTAE descriptor Panvinii, VESTAE Panv., IVSTAE Grut.

3830 Veronae super flumen Athesis SCAL. *appresso la ripa del Atese al canto di un orto* LIL. similiterque ANTIQUI RELIQUI; apud Athesim ubi dicitur *in contrata merchari nuovi* prope ripam fluminis *per mezo l'orto de quelli da Castello* LIBER TURRIANUS; ad D. Mariam Solaratam in angulo Rubeorum SARAYNA; in museo philharmonico LISCA. Ibidem adhuc n. 281.

VETO
RELIQVIAS
P · VERONIVS
CALLISTVS
HOMO · OPTIM
HIC · IACET

Contuli. Habent antiqui omnes Scalamontius cod. Tarv. f. 89′ n. 4; Felicianus n. 30; Marcanova Mut. f. 118′ n. 24; Ferrarinus f. 10; Redianus f. 71′ n. 131 (inde Gud. 337, 1); Gammarus f. 119; Lilius f. 31; Iucundus f. 63 n. 3. Deinde ex lapide Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 48′, Ital. f. 78′ cum Panvinio p. 230 et Caroto f. D (ex Sarayna et Panvinianis Grut. 925, 21); Palermus in add. ms. ad Saraynam; Lisca et Cozza p. 238; Maffei M. V. 146, 2 (inde Orelli 4780); Orti *ant. mon. alle Stelle* p. 98.

3 PVPRONVS antiqui omnes ante Saraynam.

3831 Veronae ad S. Zenonem maximum in horto ANTIQUI, item SARAYNA.

D · M
VERONIAE · CHARITAE
QVAE · VIXIT
ANN · XXVIII · MES · IIII · DIES · VII
Q · VERONIVS · PVSITTIO · CONIVGI
INCOMPARABILI

Integram vidit Antiquus, a quo pendent Marcanova Bern. n. 649, Mut. f. 117′ n. 16*b*; Felicianus n. 17; Ferrarinus f. 9; Redianus f. 70 n. 116; Gammarus f. Trev. 11; Lilius f. 47; Iucundus f. 66 n. 33; Apianus 329, 2 (inde omnino Panvinius p. 230; Grut. 839, 7 per Scultetum ex ms. cod. Panvinii); fractam Sarayna f. 45′ (inde Grut. 925, 22).

In vv. div. sequor Gammarum. — 2 CHARITATE Gamm. — 3 VIX Iuc. Sar. — 4 in ANN finit Sar. — XXVII Marcan. (Bern.), XXIII Lil. — MENS Felic. Marc. (Mut.) Red. — 5 PVSILIO Panvinius ex emend. — 6 INCONPARABILI Red.

3832 Veronae rep. a. 1821 inter duo fora (*piazza dei Signori* et *piazza d'erbe*), dum tabernae quaedam reficiuntur ANDR. MONGA. Hodie apud heredes eiusdem in pago S. Petri Incariani.

in latere:

[illegible]ΙΤϹΙΙΟϹΕϹ
ϹΠΕΡΕΩΝΛΛΟΥϹΑΙϹΤΕ
ΙΛΛΟϹΠΟΛΛΑΓΡΥΠΝΗϹΑϹ
ΙΝΕΠΕΓΡΑΨΕΤΕΚΟΥϹΗΟ

VERONIE
CHRESTE
VERONIVS
CE*l*SVS · CON
IVGI *in*COM
PA*r*ABI*l*I VI
VE*ns* F SIBI ET
C*hr*ESTVS VERO
NENSIVM
MATRI PIISSIMAE

Contuli; Latina inscriptio evanida est, ex Graeca quae supersunt, facile leguntur. Repperi in epistula ab Andr. Monga scripta cum Hier. Asquinio communicanda, quam mihi exhibuerunt Mongae filii; praeterea apud Venturium in comm. ms. ad musei n. 145 et apud Razzettium f. 5.

6. 7 VI|VF/// F SIBI ET lapis; *vivens* pro *vivus* fortasse scriptum ex usu Graeco.